



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.21. Judæi convertuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Sæculum VI. est conversus, nec ideo S. Gregorius
A.C. 592. mictiæ ejus renunciavit. (*)

§. XXI.

Judæi convertuntur.

I. ep. 3.4. Sub idem tempus anno 591. quidam Judæus, cui nomen Joseph, ad S. Gregorium querelam attulit contra Petrum Episcopum Terracinensem, quod, cum Judæos ex uno loco, in quo congregabantur, ejecisset, & licentiam dedit, ut in alio congregarentur, jam etiam in isto pellere niteretur. Si ita est, inquit S. Gregorius, ad Episcopum istum scribens, volumus, ut conquerendi causam tollas; quippe Infideles mansuetudine, benignitate, bortatu ad Religionem Christianam attrahendi sunt, non autem misericordia & terrore arcendi.

Anno 598. Judæi Calaritani ex urbe, Sardiniae Metropoli, Romam venerunt querentes, quod aliquis eorum, cui nomen Petrus, suscepit Christiana Religionem, altera post Baptismum die (id est Die Paschæ) perditorum hominum turba stipatus, eorum Synagogam vi occupasset, & illuc Imaginem S. Virginis.

(*) Ex hoc exemplo patet, ne cum illa cunctate Monachos ad Sæculum redeuntes auxilio brachii Sæcularis ad stabilitatem fuisse compulsi.

oris
quisdam
S.Gro
Petrum
l, cum
gregari
edificet,
tiame
inquit
m ser
causam
tudine
n Chri
m mi

ex ur
vene
m, cui
na Re
die (id
innum
um vi
Virgi
nis,

illa z
auxilio
ompul

nis, Crucem, & vestem candidam, quam Sæculum VI.
in Baptismo acceperat, intulisset. S. Gre. A. C. 592.
gorius datis ad Januarium Episcopum VII. epist. 5.
Calaritanum litteris laudat eundem, quod ind. 2.

vi acta non approbasset, & hortatur, ut
Imagine & Cruce, ea tamen qua par est
reverentia, ablatis omnia in statum prio-
rem restituat, & addit: *Sicut enim Le-
gibus caustum est, ne Judæi novas Synago-
gas ædificant, ita etiam per easdem Le-
ges licet ipsis veteres quiete possidere. Ea
moderatione cum ipsis agamus, ut invi-
tantes nos lubenter audiant, sed inviti
trabendi non sunt, cum scriptum sit: Vo- Psal. 53. 8.
luntarie sacrificabo tibi.*

In eodem spiritu lenitatis S. Grego-
rius ad Petrum Subdiaconum & Cypria-
num Diaconum Patrimonii in Sicilia
Rectores scripsérat. *Relatum est mibi, XII. ep. 30.*
inquit, in fundis nostris Judæos reperiri,
qui converti nolunt. *Volo, ut missis per IV. ep. 6.*
omnes illos fundos Epistolis meo nomine
Judæis promittatis, illis, qui se conver-
terint, Pensionem esse minuendam, ita ut
illi, qui pendit unum Solidum aureum,
pars tertia remittatur, qui tres quatuor-
ve pendit, uno minus imposterum solvat.
Nec timendum est, ne ista redditum no-
strorum diminutio nullam utilitatem Spi-
rituale referat, quamvis enim ipsorum
non satis sincera esset conversio, liberi ta-
men eorum meliore fide baptizabuntur.

Judæi.

Econtra

Sæculum VI. Econtra S. Gregorius data ad Liber
A. C. 592. tinum Siciliæ Præfectum Epistola rog-
II. ep. 37. vit, ut reprimeret temeritatem cuius-
ind. II. dám Judæi, cui nomen Nasas, qui Pro-
phetæ Eliæ Nomini ara erecta aliquo
Christianos, ut illuc adoratum irent, se-
duxerat. Idem etiam mancipia Chri-
stiana, contemptis Legibus, emebat;
nam data pecunia priorem Præfeturam
nomine Justinum corruperat, ut impu-
nitus abiret.

I. ep. 45.

Anno primo, quo S. Gregorius S. P. tri Sedem tenebat, aliqui Judæi Itali, quæ mercaturæ causa sæpiuscule Massiliam devehebantur, ad Pontificem querelas attulerunt, quod ibi Judæi magno numero non tam Prædicatione, quam adhibita, baptizarentur. Hac super S. Gregorius ad Virgilium Episcopum Arelatensem, & Theodorum Episcopum Massiliensem scripsit in hunc modum: *Laudo intentionem vestram; verum mihi ea in Scriptura fundetur, timeo, ne his ipsis, quos adjutos vultis, noceat, & si necessitate magis quam voluntate ad Baptisma accesserint, deinde graviore lapsum ad pristinam superstitionem redeant. Præstat itaque illos fidem edocere, & Iesum Christum prædicare, ut erudiantur & vere convertantur.*

§. XXII.